ad illa quae de pace ac legatione mentitus est, quae ipse cum
phylocrate patratus est mihi ascribens. Est vero necesse viri a
thenienses quo tunc esset rerum status memorare. ut ad conditio
nem temporum cuncta referamus. Cum [illegible] focensibus adver pritum
sus thebanos bellum gerentibus non me quidem autore non dum focenses
enim tunc in re p. versabar vos athenienses sic eratis ani
mati ut focensium quidem rebus quamvis iniuste pugnantium stude
retis. Thebanorum autem quibuscumque adversis letaremini. Nec vos
immerito id facere videbamini. Nam victoria qua in leuctris
potiti erant non modeste utebantur. Peloponesus vero omnis di thebani.
visa erat. Nec hi qui lacedemonios oderant ita valebant ut eos peloponesus
evertere possent. Nec qui ante ea per illos potentes fuerant do
minabantur. Sed erat apud hos atque ceteros omnes dubium
quiddam et ambiguum certamen. Haec autem attendens phy
lippus. neque enim erant obscura. singularum civitatum prodito phelippus.
ribus pecunia corruptis ad invicem eas collidebat. omnes
que conturbabat. ac deinde ipse paratus hoc observans
inturbatoribus atque calamitantibus aliorum semper ipse suboriebatur.
ut vero longitudine belli afflictos tunc quidem superbos nunc autem
miseros thebanos manifestum erat ad nos confugituros esse.
ne hoc fieret ne ve hee due civitates iungerent vobis
pacem. Thebanis auxilium phylippus pollicetur. Quid illi quo suf
fragium est ad nos sponte fere nostra deceptionis. Cete occupandam
rorum grecorum. sive oportet malitiam sive utrumque simul dicere qui
longum ac grave bellum gerentibus vobis idque pro utilitate com sui ignavia
ut omnes intelligebant facientibus neque milites neque pecunia neque
nullum omnino auxilium prestiterant. quibus vos merito infensi pa
cem phylippo non inviti concessistis. Fuit igitur pax tunc concessa vide at
istis de causis non autore quidem me ut iste narravit. Sed horum
dona atque corruptelas in ipsa pace siquis recte considerat primum
malorum causam esse comperiet ut paulo post verissime ostendam. Quod
si maxime in faciendo pace aliquid fraudis intervenisset. nihil cer quantum
te ad me id attinet. Nam primus eius pacis autor fuit Aristodemus. hunc hystrio hypocrita. Aristodemus
promptissime secutus est et se ipsum addixit phylocrates philocrates
agnusius sed tuus o eschines sodalis non meus. non si discrepatis
id mentiens. faverunt autem nobis. qua tandem de causa omitto. impietas
Eubelus et Cefisophon. ego autem nequaquam. Veruntamen cum qui Eubolus. Cefisofon
ita sit. cumque veritas horum ita pateat. in id impudentiae
processit. ut dicere auderet me preterquam quod pacis facien
dae cum phylippo auctor fuerim etiam prohibuisse auc
toritate. quominus in communi collegio grecorum foret. deinde o quid
autem si dixerit quispiam recte te appellabit. an tu aliquo
loco cum me eiusmodi societatem tam oportunam illi nostre urbi impeditorem qualem nunc [illegible]
videres. graviter tulisti. aut unquam conquestus es. aut quem
nunc accusas tunc ostendisti. Atqui si ego corruptus a phylippo
hanc societatem impediebam tibi non silere reliquum fuit. sed
clamare atque attestari et ad civitatem palam facere. quod
numquam fecisti. nec te unquam de his rebus dicentem audivit quisque.
Nec vero tunc oberrat ulla legatio ad quemque grecorum missa. sed
tam pridem omnes redierant. nec is in hoc quicquam sinceri narravit.
et preterea adversus civitatem calumniam maximam induit